VICIPÆDIA

Velociraptor

Velociraptor (nomen ex vocabulis *veloce* et *raptore* formatum)[1] est genus dinosauricum Theropodis, quod exeunte Cretaceo, abhinc annorum septuaginta miliones, in Asia (id est Sina et Mongolia) habitabat.



Velociraptoris mongoliensis restitutio

Animalia — Chordata
Classis : Reptilia
Ordo : Saurischia
Subordo : Theropoda
Infraordo : Coelurosauria
Familia : Dromaeosauridae
Subfamilia : Velociraptorinae
Genus : ***Velociraptor***
Osborn, 1924

Subdivisiones: Species

* *Velociraptor mongoliensis* Osborn, 1924 (species typica)

- *Velociraptor osmolskae* Godefroit *et al.*, 2008

Index

Notio ad commune iudicium accommodata

Velociraptor genus est praeclarum vulgo ob pelliculam cinematographicam *Vivarium Iurassicum*, qua *Velociraptores* hominum sunt hostes atque voratores. Attamen eorum habitus valde erratus est, nam exempli gratia *Velociraptores* ficti maiores fuerunt quam veri, quia ficti hominis adulti erant altitudinis, veri autem ne unum quidem metrum alti erant (0,8) et ne duo quidem longi (1,8); et plumae quoque, quae vero corpus *Velociraptoris* sicut omnium Coelurosaurorum tegebat, in pellicula deerant, ubi corpus omnino squamosum monstrabant.

Notae

1. *The American Heritage Dictionary*, s.v. "velociraptor." (https://ahdictionary.com/word/search.html?q=velociraptor)

Bibliographia

- Norell, Mark.; Makovicky, Peter J.; et al. (1999). "Important features of the dromaeosaurid skeleton. 2, Information from newly collected specimens of Velociraptor mongoliensis." (http://digitallibrary.amnh.org/handle/2246/3025) *American Museum Novitates*, no. 3282.

Nexus externi

Situs scientifici: • Biodiversity (http://www.gbif.org/species/4822951) • Encyclopedia of Life (http://eol.org/pages/2866145/overview) • Fossilworks (http://fossilworks.org/bridge.pl?a=taxonInf

o&taxon_no=38564)

Vide **"*Velociraptorem*"** apud **Vicispecies**.

Vicimedia Communia plura habent quae ad ***Velociraptorem*** spectant.
